

3878.

Aphorismi Juridici

De

1669,

29.

42

INDUCIIS

Sive
RESCRIPTIS MORA-
TORIIS,

Quos

Quæstâ Sapientiâ Divinâ,
ex

Magnifica J Ctorum Facultatis

Auctoritate,

Sub Präsidio

VIRI

Præ nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi
atq; Excellentissimi,

DN. BARTHOLOMÆI LEONHAR-
DI SCHWENDENDÖRFFERI,

J Cti & Antecelloris in illustri Philuréa celebratissimi, Ca-
nonici Martisburgensis gravissimi, Curiæ supremæ ac Facul-
tatis Juridicæ Assessoris spectatissimi.

Domini Patroni ac Præceptoris sui

maximè de venerandi,

Placidæ disquisitioni publicæ

exhibebit

HENRICUS WOLFF / PIRNENSIS,

ad Diem 28. Aprilis

H. L. Q. C.

Lipsiæ Literis Bauerianis clc loc LXIX.



Serenissimi ac Potentissimi
ELECTORIS SAXONICI
Consiliariis Eminentissimis,
VIRIS
Præ illustribus ac Generosissimis,
DN. HAUBOLDO
ET
DN. HENRICO GEBHARDO
à Miltitz/
Illi,
Toparchæ in Scharffenberg & Neptniz;
Consiliario intimæ admissionis, Camerario, supremo-
rum Redituum Directori & Circuli Misnensis
Præfecto summo;
Huic,
Toparchæ in Burckersdorff / Schönbach &
Kußwalda. Consiliario gravissimo, Hæredis Electoralis
Aula Præposito ac Camerario supremo.
Dominis Mecænatibus & Patronis suis
Optumis Maxumis,
Primitias hæc Juridicas
sequetum;
Debita, quâ par est, humilitate atq; observantia,
obfert ac de vovet
Tantorum Virorum
Subjectissimus Servitor
Henricus Wolff/Pirnensis.

Viri
Præ illustres ac Generosissimi.

Quid & quantum præ illustribus Vestris Generositas-
tibus debeam pro eximio illo atq; exsuperanti
beneficio, quod in illustri Schola Misnensi ex-
iguissimæ personæ meæ per annos amplius quatuor
gratiosè est concessum: Ejus equidem ego probiter
memini. Ac certè cùm festinatum aliquod gratæ
mentis à me exigi visum subinde fuerit testimonium;
id autem ob fortis meæ tenuitatem aptiori in præsens
obsequii genere significarne quiverit, *inclusis Nominibus* Vestris qualescunq; meas Juridici studii primitias,
cà, quâ par est animi reverentiâ, consecratas esse vo-
lui. Enixissimè rogitans, ut præ illustres Vestrae Generosi-
tates eà, quâ solent, manu ac mente gratiosâ, non redi-
hostimenti loco, sed in publicam humilitatis meæ
atq; observantiae tessera n, easdem accipere atq; a-
deo saltem offertenis promptitudinem pluris levita-
te rei æstimare ne dedignentur. Meum interea erit,
benignissimum rerum Autorem Deum venerari,
uti Vos, Virorum maximos, Reipublicæ Saxonicae ac
meo privatim bono, quâm diutissimè salvos atq; in-
columes conservet, æternaq; laude ac felicitate cele-
bratissimarum Virtutum gloriam indies magis ma-
gisq; adaugeat. Valete. Scrib. Lipsiæ Menſe Ma-
jo. A. O. R. oIc Ic LXIX.

DN. HENRICO WOLFFIO,

Auditori olim meo.

UT intelligas, otium ad scribendum defuisse potius, quam voluntatem Tibi gratificandi, mitto, ut opinor, post festum epistolam ad Disputationem Tuam promissam. Habe igitur illam ut monumentum amoris in Te mei, cuius etsi non adeò obscura indicia vidisti, ut ille Te latere possit, tamen ut & alios docere queas, Te mihi inter charissimos Auditores fuisse, hoc qualemque est paravi. O si interesse licuisset ipsi conflictui. Non minori cum voluptate sermones Te cum eruditissimis Commilitonibus de rebus præstantissimis conferentem auditurus fuisset, quam volupe fuit, Indicias Tuas moratorias nuper Lipsiæ perlustrare, doctum equidem atque valde elegans ingenii specimen. Scilicet postquam studia Tua summâ diligentia, curâ & contentione persecutus es, non aliis illorum exitus poterat reperi, quam, quod saepius prædicti, ut profectus Tuos cum laude jactares, Tuamque personam in publico cum omnium applausu sisteres. Quid vero ex hoc tempore Tibi pollicear? Favorem Mecænatum, præmia dehinc & honores. Non enim tam iniqua est Dea nostra, ut gratis se coli patiatur. Non minus cultoribus suis tribuit, quam illi tribuitur. Non modò leges, sed legum quoque studium neminem in paupertate, neminem in gloriam vivere sinunt. Vale & rem benè gere.

Dresdæ d. 4. Maii 1669.

D. Romanus Zeller.



12

Feliciter!

Aphorismus I.

Nduciæ, quas Varro apud Gell. lib. 1. c. 25. fe-
tivè belli ferias vocat, propriè de dilatis
præliis dicuntur, & sunt, definiente Jcto
Paulo, in l. post liminum. 19. §. inducia. 1. ff. de
Captiv. & postlim. revers. cùm in breve &
præsens tempus convenit, ne invicem ho-
stes fese laceffant. Verùm, per translationem quandam,
ad homines extra prælium constitutos, eosq; ex infortu-
niò depauperatos, benè referuntur in l. cum solito more.
fin. C. qui bon. ced. poss.

II.

Definiuntur enim, quod fint beneficium debtoribus, casu
aliquo adverso ad incitas redactis, pietatis intuitu humanitatisq;
à summo vel territorii principe, autoritate ordinarii magistra-
tus interveniente, concessum ad id, ut certi aliquam temporis di-
lationem contra immites molestosq; credidores habeant, & in-
terim, unde postmodum solvere possint, confiant. Job. Limn.
in Comment. de Jur. publ. Imp. Rom. tom. 1. lib. 4. c. 8. n. 333. Guilih.
Anton. Freundeberg, in Analect. de Rescript. Morat. tit. 4. concl. 5.
numer. 5.

III.

Rectè morib; nostris non ex summiduntaxat principis seu
Imperatoris sive alius superiorem non recognoscens indulgen-
tiā istæ proveniunt induciæ, utpote Regalibus majorib; seu Re-
servatis, sonderbaren Kaiser- und Königlichen Reservaten/ Hoh. und
Herr.

A ij

Herr



Herrlichkeiten ic. suo jure inerito assignatae, arguente!. quoties rescriptum. 2. & l. universa. 4. C. de preciis. Imp. offer. l. cum solitomore à nostra Majestate petiuntur &c. 8.C. qui bon. ced. poss. Ordinat. polit. August. ds. anno 1548. sub rubr. Von verdorbenen Kaufleuten/ s. fin. ibi. Und nach dem sie bey dem Römischen Kaiser und Königen Moratoria und Quinquennellen ausbringen ic. it. Wir oder unsre Nachtmänner/ Röm. Kaiser oder Könige ic. Cod. Fabr. lib. 1. tit. 9. def. 17. n. 1. & 2. Christoph. Besold. in thes. præt. lit. Q. n. 2. verb. Quinquennell. Verùm etiām Electores, Principes, ceteriq; Imperii Ordines & status in suis territoriis, jure superioritatis, aus Kraft hoher Dan des Fürstl. Obrigkeit ic. inter alia, ejusmodi inducias, infelicitibus debitoribus concedunt. Arg. text. general. im Reichs-Abschiede de anno 1577. tit. von verdorbenen Kaufleuten/ ibi: sich in andere Herrschäften begeben/ und von denselben usfgenommen und vergleiter werden ic. Theodor. Reinkingk in tract. de Reg. Sec. & Eccles. lib. 1. Class. 3. c. 6. n. 38. Besold. in thes. præt. lit. L. n. 11. verb. Lands-Hoheit und Herrlichkeit ic. quandoquidem certissimum sit, principes in suis territoriis ferè omnia ea expedire posse, qua Imperator in universo exercet Imperio. Theod. Reinkingk d. l. 1. class. 5. c. 6. n. 1. & 5. in fin. ac præterea longa consuetudine & præscriptione illud sibi juris acquisivisse Matth. Steph. lib. 2. de Jurid. p. 1. c. 7. n. 389.

IV.

Attamen illud tenendum est, cùm Superioritas Imperatoris absoluta maximè sit, atq; in supremo & universali totius Imperii Romani dominatu fundata, Theodor. Reinkingk de R.S. & E. lib. 1. class. 5. c. 7. n. 44. arg. text. in c. quamvis. ibi: penes nos tamen nihilominus manst major. &c. de præbend. in 6. quòd ipsius quoq; in diciarum concessio exactiones omnium omnino creditorum, in cuiuscunq; principis districtu illi domicilium foveant, efficacissimè remoretur. Contra ea inducias à principibus Imperii concessæ non nisi contra sibi subjectos creditores validæ existimenter. Job. Jacob. Speidel. Notab. Jurid. Histor. Polit. lit. L. n. 5. verb. Lands- und Fürstl. Obrigkeit n. 16. & lit. Q. n. 1. verb. Quinquennell. Quippe que solā Jurisdictione ordinariâ & superioritate territoriali veniunt: Et alias extra territorium jus dicenti, cum instar alterius privati habeatur, impunè non paretur. l. extra territorium. ult.

um. ult. ff. de Jurisdict. l. preses provincie. 3. ff. de offic. præsid. nec par
in parem habet imperium l. nam magistratus. 4. ff. de recept. l. ille à
quo. 13. s. 4. ff. ad SCt. Trebell.

V.

Enimverò inducīæ istæ non nisi iis concedendæ sint, qui' absq;
suâ culpâ, per notabile aliquod damnum, ratione belli, incendiï,
ruinæ, naufragij, aliisve cūjuscunq; adversi casus fortuiti, aus un-
versitatem zugestandenem Unfall, qui nemini imputatur. l. obliga-
tiones. 1. s. & ille quidem. 4. ff. de Oblig. & Att. nec ullo consilio pro-
videri potest vel averti. l. non utiq. 2. s. si eo tempore. 7. ff. de admin-
rer. ad civit. pert. l. que fortuitis. 6. C. de pign. att. eò calamitatis re-
dacti atq; adeò expeculati deprehenduntur, ut ad tempus ordi-
narum Creditoribus neutiquam valeant satisfacere, sed necesse
omnino habeant, ad devitandas illorum exactiones acerbissimas,
illiusmodi beneficium ac auxilium Superioris more solito efflagi-
tare. l. cum solito. fin. C. qui bon. ced. poss.

VI.

Quod certè non mercatoribus tantum miserabilibus, de qui-
bus communiter alleg. Recess. Imp. de anno 1548. & 1577. dd. tt. sed &
quibusvis aliis debitoribus privatis, imò etiam Judæis, universita-
tibus, Collegiis, atq; integris civitatibus accidit, si maximè in eam
egestatem ex temporum injuria casuive fatali delapsi fuerint; Wenn
sie nemlich durch langwierigen Krieg/ mit Raubplünderung / Brand-
schäzung/ Militärischen schweren Exaktionen so wohlg/ durch Feuers-
Brund und andere Wege in einserstes Verderben und Ruin gesetzet
worden/ und dahero ihre Creditores also gleich mit baarem Gelde/
wie sie sonst gerne wolten/ nicht bezahlen können ic. perd. l. quoties.
2. ibi: aditus supplicanti pandatur. l. universa. 4. C. de precib. Imp. of-
fer. l. cum solito. fin. C. qui bon. ced. poss. Quemadmodum enim isti
textus indefinitè ac generaliter de omnibus debitoribus egenis
loqvuntur, eaq; propter non immerito generaliter atq; indistin-
ctè intelligendi. l. hic titulus. 1. s. generaliter. 1. ff. de legat. preft. l. si
servitus. 23. ff. d. S. P. H. Ita generali quoq; & summa commisera-
tionis æquitatisq; naturalis ratione non minus aliis, quam mer-
catoribus infelicibus, gratiosum illud dilationis moratoria benefi-
cium est indulgendum. Nam ubi eadem ratio, ibi idem jus: Et

æquitas in pari causa paria jura desiderat. I. illud quæ situm. 32. ff. ad
L. Aquil. c. un. 2. Feud. 54.

VII.

Sanè Bancosallitos illos & decoctores, qui luxuriâ perditî, delicate semper ac molliter vivendo, aliisq; modis in fraudem, Creditorum delinquendo, deditâ quasi operâ, in angustiam rei familiaris a & ducuntur, tantum abeft, ut princeps sui beneficii faciat, ut eos potius ad carceres ablegandos, Confit. Elector. Augst. 22. p. 2. & dignos poenâ illâ constituat, quæ sancitur in Ordin. polit. August. de anno 1548. tit. von verdorbenen Kaufleuten s. So sezen ordnen und wollen Wir ic. vid. Gnil. Anton. in tract. de rescript. morat. tit. 7. concl. 23. Nisi forsan creditores ipsi quasi re suâ abutantur & ultrò ejusmodi protervis fortunarum suarum alienarumq; conturbatoribus (ita appellantur in l. cuiuscunq; s. 8. idem Labeo ait. 9. ff. de Inst. aet.) inducias moratoria indulgent. Quo casu Grammaticaliter indubium est, quin dignus & indignus simpliciter ablativum adsciscant, & improbi æquè ac miserabiles, gratioso isto gaudere beneficio soleant: præfertim si istiusmodi concessionis privatae confirmatio a competente magistratu fuerit impetrata, secundum l. cum solito. C. qui bon. ced. poss.

VIII.

Quod si enim cuilibet, cùm suæ rei moderator & arbiter sit, l. in rem mandata. 21. C. de mandat. l. nemo exterius. 9. C. de Jud. & Cælic. planè juri suo resignare licet. l. si quis. 51. C. de Episc. & cleric. l. si quis. 29. C. de pact. & subindè creditores de jure suo pro lubitu remittere atq; adeò quoscunq; debitores facultatibus eversos portione aliquâ donare queant, ex l. juris gentium. 7. 8. fin. cum l. seq. ff. de pact. Quidni magis inducias & dilationes ad solvendum concedere suffitent? arg. c. cui licet quod plus est. 53. de R. f. in 6. l. non debet. 21. l. qui potest. 26. ff. eod. cùm præfertim in Creditorum æquè ac debitorum commodum & utilitatem Inducias hæ fuerint approbatæ ab Imp. Justiniano in d.l. cum solito more. fin. C. qui bon. ced. poss. quò scilicet debitores depauperati ad frugem interim redire resq; suas locupletare, eoq; melius postea solvere & Creditores suum consequi valeant. Carpz. Aſl. debit. posit. 63. num. 66. c. 4.

IX. Hic



IX.

Hic non incommodè quæsitum est, utrum minor creditorum pars parti majori inducias moratorias debitoribus indulgenti, nolens volens obstringatur consentire? Et nos quoq; affirmativam exosculamur: non obstantibus regulis illis communibus in c. quod omnes. 29. X. de R. f. in 6. & l. receptum est. ult. ff. commun. pred. Eam siquidem, præter humanitatis rationem, quæ merito præferenda. l. cum solito. fin. C. qui bon. ced. poss. l. semper in dubiis. 56 ff. de R. f. necessitas ipsa efflagitat, ne videlicet pauciores in detractione dilationis pertinaciores & sibi pariter ac reliquis subitâ festinatione atq; executione rigorosâ præjudicent, *Carpz. alleg.*
Asyl. debitor. pos. 63. Quin imò leges sat manifestæ ac evidentes, utpote l. cum solito. fin. C. qui bon. ced. poss. l. *Jurisgentium. 7. s. pen. & ult. l. majorem. 8. l. si plures. 9. & l. rescriptum. 10. de pac̄t. illam ipsam* confirmant, ut vel hac ratione, si major creditorum pars inducias debitori concesserit, easdem omnium sententiis approbatas censemus ex l. quod major pars. 19. ad municipal. l. diem proferre. 27. s.
si plures. 3. ff. de recept. arbitr. l. aliud est. 160. s. referuntur. i. ff. de R. f.

X.

Cæterū isthac votorum pluralitas non simpliciter ex numero Creditorum, secundum arithmeticam æqualitatem, sed magis servata Geometrica proportione ex cumulo debiti quantitatēve æstimanda est. d. l. cum solito. ult. C. qui bon. ced. poss. l. majorem. 8. l. si plures 9. s. cumulum debiti. 1. ff. de pac̄t. l. si plures. 14. ff. depositi ubi Dd. communiter. usq; adeo, ut si uni creditorum plus, quam aliis omnibus debeatur, omnibus in unum coadunatis & debitibus eorum computatis, potior illius habeatur ratio, atq; ipse alios antecellat. l. majorem. 8. ff. de pac̄t. l. cum bona. 16. ff. de reb. autor. jud. poss. d. l. si plures. 14. ff. depositi. Si vero plures sint creditores, ex diversis autem quantitatibus, etiam tunc amplior debiti cumulus minori summæ præferatur, sive par, sive discrepans numerus sit creditorum in d. l. cum solito. ult. C. qui bon. ced. poss. Quamvis deniq; si quidem, par quantitas debiti, discrepans vero creditorum inveniatur numerus, amplior istorum pars itidem obtineat, & quod pluribus placet, hoc statui ab Imp. jubeatur in ead. l. cum solito. fin. C. qz̄i bon. ced. poss. l. diem proferre. 27. s. si plures. 3. ff. de recept. arbitr. & similib⁹ aliis.

XI. Ac

XI.

Ac nequicquam illos insimulamus iniquitatis, qui vel hypothecarios ex plurium chirographiorum pactione ac induitu existimant obstringendos, per sanctionem Justinianeam *in precit. l. cum solito. fin. C. qui bon. ced. poss.* Ea enim præterquam quod clara & perspicua est, præterea eodem humanitatis nititur fundamento. Siquidem hic nequit agi de præjudicio intrinseco in summa debiti auferenda & remittenda, sed solutio ejus & exactio, salvo jure hypothecariorum, ut & reliquo omnium ad certum duntaxat tempus suspenditur *l. quoties. 2. C. de precib. Imp. offer.* quo elapsi, si non fuerit satisfactum, illi ipsi in priorem statum restituuntur, ac tandem vigore hypothecarum suarum cunctis chirographariis præferuntur. Itaq; semper majori creditorum parti conventionalium induciarum concessio jure merito competit & reliqui, etiam inviti, eandem approbare tenentur, *juxta d. l. cum solito more. fin. C. qui bon. ced. poss. Carpz. J. F. R. S. p. 2. Const. 22. def. 29. n. 10. idq; præsertim, si nullam majoris partis sententia contineat iniquitatem.* Sed hæc in transitu ac parenthesi.

XII.

Deinde repelluntur à beneficio moratorio illi, qui vel ei expressè in instrumento obligatorio renunciavére, *Cod. Fabr. lib. 1. tit. 9. def. 20. n. 14.* quando quidem omnes licentiam habent his, quæ pro se introducta sunt, renunciare, *l. quis s. C. de Episc. & Cleric. l. quis 29. C. de paſt.* Nec semel repudiatum redintegri potest *l. cum quidam. fin. C. de Condit. insert. l. Papinius 20. & seq. ff. de minor.* Sed que principio sunt voluntatis, ex post facto fiunt necessitatibus, *l. simand. vero. 22. §. si ut autem liberum n. ff. mandat. §. mandatum. n. f. eod. ex quâ se tueri & juvare minime conceditur. §. item tria. 5. f. de ex cuius. tutor.* Vel debitum juramento firmaverunt, cui actui, si vel maximè dubium occurrat, princeps rescripto suo nunquam præsumitur derogare. *c. constitutus. 10. X. de rescript. Menoch. de arbitr. jud. quest. cas. 203. n. 14.* atq; alias remittentibus jus suum cum juramento regressum denegari certum est. *ex c. cum contingat. 28. in fin. X. de jurejur.* Quæ quidem utrobiq; haſtenus tantum procedunt, nisi in dispositione principis vel de renunciatione, vel de clausula illa generali: *jumento*

mento non obstante, &c. mentio expressè moveatur. *Andr.*
Knich. de fax. non provoc. iur. c. 5. n. 514. Quo nomine impetrantes ab exactione creditorum tuti merito redduntur, vel saltem molestari nequeunt. Quemadmodum enim juramentum contractui propterè adjicitur, ut arcitus debitor devinciatur, ideoq; vinculum hoc ad obligationis effectum solummodo differendum nihil conducat: Ita differens non videtur transgressor, *c. non est voti* 5. *X. de vot. arg. l. indubitat. fin. C. de non num. pec. l. cum solito. ult. C. qui bon. ced. poss. & semper principis dispositioni ac relaxationi juramentum subjicitur. arg. l. Imperatoris. 38. pr. ff. ad municip. l. qui jurato. ult. ff. qui satisd. cog. Reinkingk de R. S. & E. lib. 3. classif. l. c. 10. n. 55. seqq. Constit. Elect. p. 2. const. 36.*

XIII.

Quid si debitor ab initio debitum inficietur, postea vero convictus chirographo suo, aliisq; probationibus luculentissimis, idem confiteatur? Et isti tanquam indigno beneficium hoc recte asseverabimus denegandum *ex l. si dubitet. 10. §. ita demum. 1. ff. de fidejus.* siquidem legibus nostris mendacia severè prohibentur, mendacesq; odiosum genus hominum, frustra legis aut principis autoritatem implorant. *l. de etate ii. §. 3. ibi: non enim debuit mentiri ff. de Interrog. in jur. l. Papinianus 8. §. meminisse. 14. ff. de inoff. testam.* Quod equidem inficatoribus tantum malitiosis & impudentibus intelligimus, qui fraudulenter, sub spe liberations, debitum sunt inficiati, *per l. si dubitet. 10. §. 1. de fidejus.* cùm secus sit, si forte vel ex ignorantia verisimili anticipitiyé mente oblivio debiti abs debitore prætensa fuerit. *l. manifestissimi. fin. 5. fin. autem nescius. 2. C. de furt. & serv. eor. §. quæ de fullone. 16. f. de oblig. quæ ex delict. nasc. quæ, si doli expers sit, omnino à pena negotiorum excusat. l. qui in alterius. 42. l. qui sine dolo 63. l. non potest improbus. 99. d. R. f. vel etiam in judicio negatum, protestando cum clausula ista generali: Nego narrata, prout narrantur; Ich bin der Klage/ immaßen sie mit allen ihren Umständen vorbracht/ nicht geständig &c. Guyl. Anton. in tract. de rescript. morat. tit. 7. concl. es. n. ii. seqq.*

XIV.

Minus porro pragdii ex induciis moratoriis conceditur, si

B

causa

causa semel sit in judicium deducta, & contestata liceat, lis adhuc pendeat. Utique cum lite pendente nihil planè innovari oporteat. t. t. ff. Nihil in nov. appell. interp. l. nec imperiale. ult. C. si per vim vel al. mod. l. sive pars. 3. C. de dilat. l. meninerint. 6. C. unde vi. nec ullum unquam privilegii precibus, prætermis sâ litis pendentis mentione, concupiscere à principe liceat. l. supplicare. 2. C. ut lit. pend. Nov. 113. cap. 1. vers. quod enim in legum positum est potestate, non egebit aliqua extrinsecus dispositione. Ut proinde si contra factum fuerit, non immerito a Creditorie litis pendentia exceptio objici æquè possit, atque exceptio rei judicata adversus sententiâ judiciali legitime convictum ac condemnatum, per textum satis evidenter in l. qui licitam. fin. C. ut lit. pend. Quamvis moribus rescripta saepius suppressâ veritate impetrantur. Sed certè quasi sub reptitia ipso jure refutantur. l. rescripta. 7. C. de prec. Imp. offer. l. prescriptione. 2. l. et si 5. seqq. C. si contrarius vel util. publ. l. universa. 7. C. de divers. rescript. idq; optimâ ratione, quoniam plerumq; ita in nonnullis causis inverecundâ potentium inhibitione obstringuntur principes, ut etiam non concedenda tribuant. in l. quisquis. 1. C. de pet. bon. subl.

XV.

Nec certè prospicitur moratorio rescripto debitoribus contra Ecclesiam creditricem, aliamve piam causam; Quippe quibus semper favendum, & summa est ratio, qua pro religione, cuivis etiam commodo publico anteferenda, facit. l. sum personæ. 43. ff. de relig. & sumpt. fun. Mascal. de probat. vol. 3. concl. 117. n. 1. neq; vero princeps sub generali rescripto moratorio contra religiosos quicquam rigoris attentasse, eorumq; debitorum exactiōrem remoratam voluisse videbitur. Menoch. de arbitr. jud. quest. lib. 2. cent. 3. cas. 203. n. 20. maximè quia Christo & pauperibus debet dicitur, quod debetur pia cause vel Ecclesia.

XVI.

Quod idem de pupillis, minoribus, viduis & similibus aliis personis miserabilibus, afferendum cum Menoch. præcit. loc. quia Ecclesia vel pia causa, pupillus & minor inter se equiparantur, patiq; passu, quoad indulta privilegia, ambulant. c. 1. de in integr. reffit. Gloss. in l. Respublica. 4. vers. sic & in Eccl. 14. C. quib. ex caus. maji.

12

mag. Cod. Fabr. libr. i. tit. 9. Def. 20. n. 10. Ac alias usquequaq; per-
sonis istis tūm jura divina. Exod. 22. v. 22. Esa. i. v. 23. Ier. 5. v. 28.
tūm Jura humana. l. hoc edictum. 1. ff. de minor. l. nam eti. 10. ff. de
acquir. vel omitt. hered. l. si contra. un. C. quand. Imp. int. pup. vel
vid. vel al. mis. pers. cogn. abunde subveniunt, ideoq; semper in
rescriptis principum expressis verbis inter alia excipiuntur, doch
die armen Witten und Waisen ausgenommen ic. idq; propter u-
nam eandemq; rationem, puta infirmitatem sexus & condicio-
nem vite bene miserabilem. Quare, cūm & Principi omnium
maximē conveniat, ejusmodi miserabiles personas per c. ex par-
te. 15. de for. compet. Treutl. vol. i. d. 3. th. 10. lib. 6. contra omnem
injuriam & molestiam protegere c. Regum. & c. administratores. 23.
queft. s. ex inde quoq; moratoria generalia ex verisimili ipsiſ men-
te non esse ad id genus hominum, quantumvis divitum, exten-
denda, indubitatum est. Cod. Fabr. libr. i. tit. 9. def. 20. n. 10.

XVII.

Huc etiam referuntur alimentorum ac dotis debita, utpote
quæ favorabilibus & piis causis proximē accedunt. l. cum omnes.
32. s. mulier. 2. ff. de Conditib. indeb. l. Mela. 14. s. 1. ibi. pietatis intui-
tn. ff. de alim. vel cib. leg. Nov. 13. c. interdicimus. 13. ibi. egentium.
pabula & alias pias causa. Imò istorum causa cum utilitate publi-
ca conjunctæ sunt, ideoq; eas semper & ubiq; præcipuas esse con-
venit. l. dotium causa. 1. ff. solut. matr. l. in ambiguis. 70. ff. de Jure dot.
l. generaliter. fin. C. ad SCT. Velle. nec illo modo morā sine reten-
tionem patiuntur. l. rem in presenti. un. s. 5. C. de R. U. A. arg. l. ea-
dem ratione. 2. ff. defer. l. qui pro tribunali. 2. ff. de re jud.

XVIII.

Id quod porrò de causa studiorum vel maximē afferendum
est, quia pariliter favorem atq; utilitatem publicam haud parum
concernit. Aut. Habita. C. ne fil. pro patr. s. summa itaq; ope. fin.
J. in proœm. contra quam rescripta vel privilegia vim æquē nul-
lam obtinere debent. l. nec damnoſa 3. & l. rescripta. 7. C. de pre-
cib. Imp. offer. l. omnes. ult. C. si contrajus vel util. publ. cūm
prefertim, quæ communiter omnibus profunt, his quæ speciali-
ter quibusdam utilia sunt, jure merito præponantur, Aut. Res
que subjacent. C. commun. de legat. l. utilitas publica. 4. C. de pri-
mipal.

cipal. ac cæteroquin illa ipsa studia, alimentorum, dotis, p̄iarumque causarum atq; aliis similibus prærogativis & privilegiis perfruantur *l. si invito.* *1. C. de infant. expos. l. qui filium. 4. ff. ubi pupill. educ. deb. l. eum plures. 12. s. cum tutor. 3. ff. de admin. tutor.* *Anth.*
Habita. in verb. hoc nostræ pietatis officium. C. ne fil. pro patr. ut nullo modò inducias quinquennales morari vel saltem sub generali rescripto contineri possint ac debeant. *Gnil. Anton. tract. de re-script. morat. tit. 7. concl. 42.*

XIX.

Neq; damno inducia nostra cedunt opificibus, aliisve mercenariis vel operariis creditoribus, quibus ab laborem personæ debitor est obligatus, quiq; operis manualibus & quotidiano sudore se suosq; sustentare necesse habent. *Dan. Moller. lib. 4. fœmerstr. 6. n. 2. Carpz. asyl. debit. pos. 62. n. 54.* maximè cùm jura non tantum divina, *Deut. 24. v. 14. Malach. 3. v. 5. Marth. 10. v. 10. 1. Tim. 5. v. 18.* sed & profana. *c. quoniam. 12. q. 88. c. non san. 14. q. 5. c. quicunq;. 12. q. 2. c. cum secundum. 16. X. de præbend.* istiusmodi personis operarum prætitarum mercedem sine retardatione jubeant solvendam. Quò cumprimis pertinent mercedes famulorum, servorum, ancillarum & id genus aliorum, quæ debita adeò insigni gaudent privilegio, de Jure nostro Saxonico, ut & cæteris omnibus, quantumvis privilegiatis creditoribus præferantur, *Landrecht lib. 1. art. 22. vers. von dem Erbe ic. Const. Elect. p. 1. Const. 28. in pr. Et ibi Carpz. def. 24.*

XX.

Idem statuendum de æquè pauperiore, quām est ipse debitor, cui concessa sunt inducia. Quæ utiq; in eos saltem creditores exercentur, qui onus moræ ferre sustinent, quod creditores adæquè miseri vel etiam pauperiores omnino nequeunt. Nec enim princeps iniquiorem alteri inferre conditionem atq; in ipius rerum ac vitæ dispendium debitori dilationem indulgere, præsumitur. Interea tamen pauperiem qui se dicit vel æquè pauperem, probare illud tenetur. *l. ei in cumbit. 2. ff. de probat.* Quis autem in Jure nostro dicatur pauper, non solum. *ex l. non nulli. 10. ff. de accusat. Et inscript. s. sed nostra. 3. f. de success. libert. Et Wehner. Pract. observat. lit. A. verb. Armush/ pr. satis perspicuit,* sed

fed secundum veriorem Dd. opinionem arbitrio Indicis com-
mittendum est.

XXI.

Præterea non conceduntur Inducia moratoria ad cohi-
bendam commodati depositi vel pignoris repetitionem, si cum-
primis usus, in quem res commodata est, expletus, ac omnis pe-
cunia debita exsoluta vel alia eo nomine satisfactum fuerit. *l. in
commodato. 17. §. sicut autem 3. ff. de pos. l. si rem. 9. §. omnis. 3. ff. de
pign. act.* Namq; domino rem suam reposcenti nullo prætextu
ea denegari potest. Ac tantum abest, ut quisullo iure aliena re-
tinere queat, ut potius rem pecuniamve ita commodatam sive
co ncreditam in continentia sine ulla dilatione seu aliquo obstatu-
lo, quam celerrimè compellatur restituere. *l. si quis. n. C. depos.
l. depositum. 1. §. 22. & 45. l. Lucius. 24. ff. eod. ne scilicet cum alte-
rius detrimento & injuria locupletetur. l. jure natura. 206. de R. J.
c. locupletari. 48. eod. in 6.*

XXII.

Parili ratione ab induciis moratoria excipitur causa loca-
tionis, sive de mercede, censu, pensione, sive de restitutione,
quæratur. Praterquam enim, quod locatores ut plurimum ex
redactione pensionum alimenta sibi comparant, referente Jacob.
*Cujac. in Novell. Justin. 88. in med. alimentorum vero causa maxi-
mè favorabilis est. ex aph. sup. 17. ut etiam petitioni eorum opponi
compensatio nequeat, l. non utiq. 2. §. 4. ff. de adm. rer. ad civit.
peri. præterea certis paenit subjecitur pensionum retardator, si in
causa fuerit, ne inquilinus pensionem justo tempore solverit,*
*Auth. sed jam cautum est. in fin. C. de pos. Nov. 88. c. 2. atq; itaq; ini-
quum foret, si pro pena reportaret beneficium.* Ad hæc res
quoq; locatas præterlapso conductionis tempore confessim o-
portet restitui, adeò, ut earundem restitutionem conductor ne
quidem per exceptionem proprii dominii vel aliam, nedum præ-
scriptionis moratoria, protelare sustineat. *l. si quis conductionis. 25.*
*C. & l. videamus. n. §. 3. ff. de locat. cond. Cod. Fabr. lib. 4. tit. 41. def.
20. Gvih. Anton. Freyndeb. tr. de rescript. morat. tit. 9. concl. 43.*

B 3

XXIII. Iti-

XXIII.

Itidem induciarum concescionis locus non est in debitis fiscalibus. *l. damnoſa fisco. 3. C. de prec. Imp. offer. l. omnes. 6. C. si contra juſ vel util. publ.* Quippe publica privatis ſempre ſunt anteferrenda, ſecundum jura vulg. & Reip, vel maxime neceſſarium eſt atq; utile, ut debita fiscalia, qua res quaſi propria principis private; ſunt reputandæ, quam celerrimè exigantur, *Nov. 17. c. 7. §. 1. l. utilitas 3. C. de primipil.* Quin in modo reſcriptum quoconq; modo præjudiciale fisco, ceu ſubreptitium, ideoq; invalidum, concedi minimè debet *l. nec damnoſa fisco. 3. ibiq. Dd. C. de precib. Imp. offer.* Quod omnino certum eſt, niſi princeps, ſpeciali Clemētiā motus, ultrō fisci ſui remittat privilegium & una cum creditoribus ceteris pingviorem debitoris expeſet fortunam. *l. in fraudem fisci. 45. §. fiscalibus. 10. ff. de Jure Fisci.* Christoph. Beſold. in theſ. pract. lit. *Q. n. 2. verb.* *Quinquennell. vers.* nec ad debita fiscalia. in fin.

XXIV.

Ac tandem ceſtant moratorię dilationes ſive inducīe in debito ex cauſa delicti. *l. Eūm. 6. ff. quod cum eo, qui in alien. pot. l. ſi rerum. 52. ff. de re jud.* Matth. Berl. p. 2. Decif. 235. numer. 32. Namq; princeps neutiquam preſumitur illud in reſcripto ſuo comprehendere arg. *l. quicunq;. 1. C. ubi ſenat. vel Clarif. l. auxiliu. 37. §. 1. ff. de minor.* cum aliās dolus in remiſſione generali hanc veniat ex *l. Aurelio. 20. §. 1. in fin. l. non ſolum. 8. §. 6. ff. de liberat. leg. neminiq; dolus patrocinari nec quis ex dolo ſuo conditionem meliorem facere debeat l. ſi duo. 5. ff. ſequi cant. in jud. ſift. l. non fraudantur. 134. §. 1. ff. de R. J.* Illud enim Juri non eſt conveniens, ut quis ex eo commodum ferat, quod meretur poenam. *l. ita demum. 31. ff. de recept. arbitr.* Hinc malitiosis hominibus minimè indulgendum eſt. Sed omni privilegio ceſante, conſueta legum poenæ ſunt irrogandæ *l. in fundo. 38. ff. de R. V. l. quotiens. 1. §. fin. ff. de poen.* Auth. que in provincia. *C. ubi de crim. ag.*

XXV.

Diximus autem ſuperius, inducias ad certum tempus concedi, intra quod facultas exigeendi ſive petitio creditoribus, au-

tori-



112

toritate principaliter sicutur & retardatur. *I. quories.* 2. *& ibi gloss. C.*
de prec. Imp offer. *I. cum solito ult.* C. qui bon. ced. poss. Speidel. Notab.
Jurid. Histor. Polit. lit. Q. num. i. verb. Quinquennell. Anstands-
Brieff vers. ac liceit &c. Estq; illud vel annale, biennale, triennale,
quadriennale vel quinquennale; de quo postremo saltem
nobis impräsentiarum sermo est, cum isto tempore circumscri-
ptæ induciet plurimum à principe impetrantur. Quare etiam
vulgatissima appellatione Quinquennales appellantur, Germanicæ
Quinquennell. Reformation guter Polisen zu Augspurg de anno
1548 sub rubr. Von verdorbenen Rauffleuten §. uñ nach dem sie ic. Po-
licen Ordin. Zu Franckf. de anno 1577 tit. 23. von verdorbenen Rauffl. ic. §.
Wenn auch solche ic. quò etiam allusit, der jungen Frösché Vorsinger
und Calmeuser im alten Maschewig. Autor des Froschneußlers. p. 26.
14. sub vers. So gehets partiten ibi: ein Schusbrief mit der Quinquer-
nells ic. quia communiter & omnium frequentissime ad quinq; annos
tantum, nec amplius, indulgentur *I. cum solito. fin.* C. qui bon. ced.
poss. Limn. de Jure publ. Rom. Imp. tom. i. lib. 4. c. 8. n. 331. Et verò
in longius tempus concessæ usq; adeò non valent, ut nec pro
quinquennio ipso, absque gravissimo partis præjudicio, defendi
possint d. *I. cum solito. ult.* C. qui bon. ced. poss. *I. cum hi. 8. S. si prä-
tor. 17. ff. de transact. I. certa forma.* 4. C. de Jure Fisci.

XXVI.

Verum enim verò induciet haec quinquennales nunquam
conceduntur, nisi à parte debitorum summa subfuerit difficultas,
solutionisq; facienda impossibilitas, Paul. Matth. VVehy. in
præct. obseru. lit. A. verb. Anstand in pr. præterea illi ipsi paupertate
extremam & qua ex causa infortunii haud solvendo fuerint
facti, probaverint Glos. in l. si verò. 5. §. qui pro rei qualitate. i. ibi.
si dubitet. ff. qui satisd. cog. c. eamte. 7. X. de rescript. atq; adeò istius
rei testimonium ab ordinario Magistratu attulerint, Wann die de-
bitores glaubliche Urfunden oder Schein von ihrer Obrigkeit für-
bringen / daß sie aus unverschuldeten zugestandenen Unfällen ihre Leib
und Güther verdorben / und aufzugesetzten seyn ic. Reform. polit. Au-
gust. de Anno 1548. & Franckfurt. de Anno 1577. sub tit. Von ver-
dorbenen Rauffleuten. Cod. Fabr. d. lib. I. c. tit. 9. def. 20. n. 2. Uticq;
cum relata in supplicato omnium maximè veritate niti oporteat
per l. universa. 7. C. de divers. rescript. ne alias induciale literæ sup-
pressâ

pressa veritate impetratae, tanquam subreptitiae & ipso jure nullae
atq; irritae veniant pronuncianda, l. rescripta. 7. C. de precib. Imp.
offer. l. præscriptione. 2. ibi. sive in tacendi fraude. l. et si. 5. & l. omnes.
6. C. si contra ius vel util. publ.

XXVII.

Quin deniq; Induciæ nostræ non aliter vim obtinent, quām
si fidejussio idonea, si à Creditoribus petita fuerit, pro solutione
post elapsum tempus facienda præbeatur. l. universa. 4. ibi. nisi fi-
dejussio idonea. C. de prec. Imp. offer. l. si debitori. 2. ff. de judic. l. præ-
torie. 7. ff. de pretor. stip. Anton. Perez. Prælect. in lib. 1. C. tit. 19. n.
6. lit. M. idq; ideò, ne forte debitor ea bona, quæ pendentibus
induciis salva adhuc habet, prodigaliter consumat, aut cum iis-
dem aufugiat; & sic creditores debitibus suis defraudentur. Anton.
Hering. de fidejuss. c. 5. n. 128. Christoph. Befold. in thes. præct. lit. Q.
n. 2. verb. Quinquennell. Gail. lib. 2. obs. 46. n. 14. Quod usq; adeò
verum exultimatur, uti ne princeps quidem illam ipsam fidejus-
sionis necessitatem remittere debitori posse statuatur; ne for-
sitan exinde rescriptum ejus creditoribus captiosum injuriosum
vè existat, contra l. cum dedititii. 1. §. sed & 5. C. de lat. lib. toll. l. eos.
1. C. de his qui ven. erat. néve princeps, juris custos, id quod est
iniquum, concedere præsumatur. l. signando. 35. pr. C. de inoff. te-
stam. §. eadem. fin. J. quib. mod. testam. infirm. l. digna vox. 4. C. de
LL. l. rescripta. 7. C. de prec. Imp. offer.

XXVIII.

Neq; verò debitor ad ullam aliam, præter fidejessoriam,
Cautionem admittendus est, propter expressa verba in l. univer-
sa. 4. C. de precib. Imp. offer. facit l. prætorie. 7. & l. fid. jussor. 2. ff.
qui satisd. cog. Nov. 53. c. 2. & 3. §. 2. Nov. 112. c. 2. Ac tantum
abest, ut in cautione juratoria subsistentes, fidejussionem de sve-
tudine abrogatam credamus, ut maximè illam ipsam à Cæsarea
Majestate cum Ordinibus Imperii haud obscure approbatam
existimemus in d. Ordin. Polit. Aug. de anno 1548. & Francfurt.
de anno 1577. vid. Carpx. asyl. debit. posit. 61. n. 35. Quanquam Dd.
cautione fidejistoria planè deficiente, æquipollentem subinde,
puta hypothecam & pignora, si supersint, sufficientia, admit-
tunt t: cum præfertim finis illiusmodi Cautionis medio isto perin-
de ob-



de obtineatur; quod obtento nihil sit postea de solennitate sive
medio laborandum arg. l. si in duobus. 10. §. 1. ff. testam. quemadmodum.
aper. l. iubemus. 29. C. de testam. l. Gallus. 29. §. si ejus. 7. ff. de liber.
& posthum.

XXIX.

Cæterum effectus hujus beneficij omnium est amplissimus.
Eò enim impetrato debitor exceptionem nanciscitur, quâ oppo-
sitâ, durante dilationis tempore, omnem omnino aduersus se
exigendi molestandi; facultatem creditoribus præripit atq; ex-
ecutionem insuper suspendit, ut liberè interea temporis suæ ipsius
fortunæ consulere, deq; debitibus postmodum creditoribus satis-
facere valeat! *Paul. Matth. Wehner. pract. observ. lit. A. verb. Aut-*
stands-Brief vers. Effectus der Quinquennell: c. Et hæc exceptio
recte præscriptio moratoria dicitur. Constantino in l. quoties re-
scripto. 2. de prec. Imp. offer. atq; usq; adeò est privilegiata, ut neq;
etiam rescripto principis sive statuto, quantumvis omnes in ge-
nere exceptions prohibeant, removeantq; illius beneficium au-
ferri queat. *M. Anton. Cuchus in tract. de morat. prescript. n. 286.*
quoniām privilegia in Corpore Juris clausa (quale etiam nostrum
esse perhibetur privilegium) per generalem dispositionem non
tolluntur, nisi specialis saltem adhibeatur de rogatio. *Schickard.*
in Log. Jurid. loc. 1. reg. 3. num. 33. *Coler. de procesj. Execut. pag. 2.*
cap. 3. num. 163.

XXX.

Non solum fortis, sed & usurarum ex conventione stipula-
tuq; debitarum exactio, durantibus induciis, inhibitetur; utiq;
cum dilatio super forte, tanquam principali concessa, facta quoq;
ac induita super usuris, tanquam debito; accessorio, videatur, si
quidem accessoriorum sequitur naturam & conditionem sui princi-
palis. *I. solvitur. 5. §. si pacificatur. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth.*
solv. c. accessorium. 42. de R. J. in. 6. Quod tamen in tantum mi-
nimè est extendendum, ut cursum usurarum, intermedio dila-
tionis tempore, planè impeditur, ac debitorem ab illarum per-
solutione liberatum ex istimemus. Namq; debitor principaliter
nullam sive fortis sive accessionis ablationem, sed ipso litera-
lim oratori sensu adstipulante, meram tantum modo petit di-

onq

C

latio.

lationem, de cuius natura saltem actio differtur, neutquam vero pristina obligatio commutatur. *Marij. Coler. de process. Execut.* p. 1. c. 10. n. 303. *Hering. de fidejus. c. 20. §. 12.* Quin imo princeps non vult neque presumitur velle totius negotii substantiam ex haurire *juxta l. quoties. 2. C. de precib. Imp. offer. adeoq; sic planè jūs alteri quæ situm adimere aut beneficium unilucrosum, alteri verò injuriosum concedere. 1. *Praetor ait. 2. §. 11. & 16. ff. ne quid in loc. publ. 1. Paulus notat. 8. ff. de prator. sfp.* Id quod certè eveniret, si cùmprimis jus ex conventione ac stipulati quæ situm creditoribus auferretur, atq; ita debitor cum illorum jaætura & damno contra naturam locupletior fieret. 1. nam hoc natura. 14. ff. de *Condiæt. indeb. 1. jure nature. 226. ff. de R. J.* cùm tamen inducæ saltem in eum finem indulgeantur, ne damno debitor afficiatur, sed ut detrimentum passo aliquo modo subveniatur. *Cod. Fabr. libr. 1. tit. 9. def. 8. Gvilo. Anton. tract. de rescript. morat. tit. 9. conclus. 43.**

XXXI.

Interesse tamen neutquam differtur, sed eo ipso tempore, quo inducæ à principe concessæ, omnino committi impeditur, secundum *Molin. in tract. de usur. n. 624. vers. quibus non obstantibus &c.* cùm imprimis mora, quæ basis est & fundamentum interesse, pendente rescripto induciali planè cesset, alijs etiam expediti sit juris, quod interesse lucri vel damni non nisi ex mora praestandum veniat, perl. lecta. 40. §. sed cùm sortis petitio dilata sit. 2. ff. de reb. cred. 1. in hac actione. 3. in fin. ff. de *Condiæt. tritic.*

XXXII.

Impedient autem inducæ moratoria præscriptionem idq; efficiunt, ne ea currat adversus Creditores atq; ipsos omni debito defraudet, si maximè debitor forte per 25. annos illis haud satifecerit & postmodum impetratis quinquennalibus induciis, 30. anni fuerint elapsi, per *textum luculentissimum in l. cum solito. fin. C. qui bon. ced. posf. ibi in fin. nullo prejudicio creditorum cuiquam ex quinquenni dilatione circa temporalem præscriptionem generando.* Neq; enim inducæ hæ conceduntur, ut debitor aliquid cum detrimento alterius lucretur, sed ne damno ipse aliquo afficiatur. *Carol. Molin. in tr. de usur. q. 82. n. 624.* nec etiam currit, præscrip^{to}

Hinc mora nec fuerit; citò præmia grata se-
quentur;
Auguror, augurium pondus habere velit.

Quirinus Schacher / D.
& Confil. Elect. Sax. ab
Appellat. &c.

Debitor Eunomie vix es censendus egenus,
Debita dum solvis promptus utr' ag' manu.
Credere sic poterit posthac majora talenta,
Ista TIBI, quondam Clarus ut inde sies!

PRÆSES.

Explicatio ad Nomen Wolffii alludentis Em-
blematis de Romulo & Remo enutritis
à lupâ.

Uera lacte tument, sugentibus, ecce, gemellis
Dependent avidis officiosa labris.
Immemor est lupus ipse sui, qui non suus infans
Sunt, fovet: ac nutrit quos lacerare solet.
Fallor? an hoc potius sub schemate ludit imago
Justitiæ? merito larga cuiq; suò est.
Devorat in mala reclines, morsuq; coërcet:
Ubere sed fugunt divite jura Pii.

Integerrimi & propensi affectus testandi causā
scrib.

Johannes Henricus Ritter / Public.
Cæsar, nec non supræma Curia Elector, ac
Ducal, Lipsiens, juratus Notarius.

Fünff

HUnff Jahre seynd/ so einen Kauffmann schützen!
Der nicht sein Guth hat schändlich durchgebracht;
Den Krieges-Noth und Schiffbruch arm gemacht;
Der kan sich wohl auff diesen Pfeiler stützen.
So lange kan kein Gläubiger nicht treiben
Die Schulden ein; Des Richters Hülffe liegt;
Bis endlichen das sechste Jahr sich fügt;
Sonst muss die Frist des Andern Rudolphs bleiben.
Hunff Jahre zwar hat Themis auch gegönnet
Der Jugend/ die der Römer Rechte liebt;
Und denen sich mit ganzen Fleiß ergiebt;
Bis Sie Sie dann erst ihre Schuldner nennet.
Mein werther Freund/ Er wartet nicht der Jahre/
Er zahlet schon Alsträen seine Schuld.
Er sucht bey Ihr nicht länger umb Geduld.
Drumb wünsch ich daß Er ihren Preis erfahre.

Zu freundlicher Dienst-Bezeu-
gung schrieb

Tobias Heidenreich/

J. U. Cand.

QVid valeant humeri, tentas, quid ferre reculent,
Recte sic Musis Consulis ipse tuis,
Macte animo WOLFI! PATRONI optatio MAGNI
Sic eris & PATRIÆ, sic tibi læta fluent.

Ita Domino Auctori
gratulatur

Petrus Graff/Cygn. Misn.

E I N I S.





X2615967

VD 17



Farbkarte #13

	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black	B.I.G.	Inches	Centimetres
1											1	25
2											2	50
3											3	75
4											4	100
5											5	125
6											6	150
7											7	175
8											8	200
9											9	225
10											10	250
11											11	275
12											12	300
13											13	325
14											14	350
15											15	375
16											16	400
17											17	425
18											18	450
19											19	475

i Juridici
 1669, 15. 29.
ICIS
 IS MORA-
 IIS,
 tia Divinâ,
 orum Facultatis
 tate,
 esidio
 I
 lissimi, Consultissimi
 intissimi,
MÆI LEONHAR-
ENDÖRFFERI,
 Philuréa celebratissimi, Ca-
 mi, Curiæ supremæ ac Facul-
 toris spectatissimi.
c Præceptoris sui
 venerandi,
 tioni publicæ
 bit
ff / PIRNENSIS,
 8. Aprilis
 Q. C.
 anis clo Icc LXIX.